aqua, molendinum, ortum, pistrinum, ut artes diversę in
tra monasterium exerceantur, ut non sit necessitas mona
chis vagandi foras, quia omnino non expedit animabus eorum.
Hanc autem regulam sepius volumus in congregatione legi,
ne quis fratrum se de ignorantia excusset. DE FRATRIBUS IN VIA DIRECTIS·

Dirigendi fratres in via, omnium fratrum ut abbatis se
orationi commendent. Et semper ad orationem ultimam
operis dei commemoratio omnium absentium fiat. Rever
tentes autem de via fratres ipso die quo redeunt per omnes
canonicas horas dum expletur opus dei prostrati solo oratorii,
ab omnibus petant orationem propter excessus, ne quid forte sub
ripuerit in via visus aut auditus male rei aut otiosi ser
monis. Nec presumat quisquam alius referre quecumque
foris monasterium viderit aut audierit, quia pluri
ma destructio est. Quod si quis presumpserit, vindicte regulari
subiaceat. Similiter et qui presumpserit claustra monaste
rii egredi, ut quocumque ire, ut quippiam quamvis parum
sine iussione abbatis facere. SI FRATRI INPOSSIBILIA INIUNGANTUR

Si cui fratri aliqua forte gravia aut impossibilia iniunguntur, suscipiat quidem
iubentis imperium cum omni mansuetudine et obedien